¶ Interrogationes siue doctrine: quibus quilibet Sacerdos debet interrogare suũ confitẽtem.

Hic sunt multa vtilia pro Confessoribus ad introducendũ gẽtes simplices: Primo qualis debet esse confessor. Q̃uo cõfessor docebit confitentẽ. Qualiter cõfessor cõfortabit penitentẽ. Q̃uo confessor ordinet cõfessionem. Que sunt ꝑ confessorem cauẽda. De inq̃sitione confessoris ad cõfitentem. De modis querẽdi circa pctm̃. De querẽdis circa pctã mortalia. De querẽdis circa ꝑcepta legis. Que vota sunt retinẽda: que nõ. Que iuramenta sunt seruãda: Quibus Confessor debet prohibere ne recipiant corpus xpi. Qualiter confessio est facienda.

Qualis debet esse confessor.

Primo debet esse dulcis in corrigendo. Secũdo prudẽs ĩ ĩstruẽdo. Tertio pius in puniẽdo. Quarto affabilis in interrogãdo. Quinto suauis in cõsulẽdo: Sexto discretus pniam iniũgendo. Septimo mutus cõfitẽtẽ audiendo. Octauo benignus in absoluendo. Ver. Confessor dulcis prudens pius affabilisq; Suauis discretus mutus sit atq; benignus. Hec octo tibi precipiunt iura teneto.

Q̃uo Confessor docebit confitentem

Primo Confessor recipiat benigne & g̃riose con

fitentē dum venit. Itē faciat cōfitentem esse iuxta latus suū. Item dicat ei ꝙ confitetur Vicario xp̄i. Item dicat ei ꝙ signet se signaculo sancte crucis dicendo: In nōie patris & filii & spūs sancti.

Q̄uo Cōfessor confortabit Cōfitentē.

Primo ostēdet ei ꝙ xp̄s mortuus fuit pro nobis pc̄tōribus. Item ꝙ ipse est pius & misericors. Itē ꝙ sibi īdulgebit si cōfiteatur. Itē ꝙ sanctus Petrus negauit xp̄m. Item quō. s. Paulus persequebatur xp̄m. Item ꝙ Dauid fecit homicidiū. Itē de pc̄tō btē Marie magdalene. Itē de Cananea capta in adulterio: Et tn̄ oēs isti sunt sanctificati: quia peni tuerūt & cōfessi sunt. Item ꝙ melius est detegere pc̄tm̄ suum in hoc mundo vni Sacerdoti/ q̄ corā oībus in alio mūdo: & cū hoc ꝑpetue damnari.

Q̄uo Confessor ordinet confessionem.

Primo audiat confessionem gn̄alem. Deinde au diat confessionem specialem. Primo de quinq; sensibus corpis. Deinde de septem pc̄tis morta libus. Item de decem preceptis sacre legis. Item de duodecim articulis fidei. Itē de septē sacramē tis eccl'ie. Item de operibus misericordie tēpora libus & spūalibus. Item de cōfessione nō debite facta. Item de penitentiis non debite completis. Item de participatione cum excōicatis.

Que sunt cauenda per Confessorem.

Primo caueat Cõfessor ne querat de pctis singulariter: sed in generali. Item non querat cum quo vel cũ qua Cõfitẽs peccauerit. Item ne vituperet Cõfitentẽ: nec eũ reprehẽdat vsq in finẽ. Itẽ non respiciat Confitentẽ in faciẽ. Itẽ nihil interroget donec cõpleuerit. Item nõ petatur Cõfitẽti / quis fecit te peccare? qui nullum debet accusare.

Inquisitio Cõfessoris erga Cõfitentẽ.

Primo qrat eũ si scit P̃r noster. Aue Maria. Credo in deũ. Articulos fidei: & Decem pcepta legis Et si nesciat / precipiat ei q addiscat. Item querat ab eo si sit excõicatus. Item si cõpleuerit suas penitẽtias. Itẽ si habet rancorem cõtra aliquẽ. Item si vere penitet de peccatis. Item si dimiserit dicere vel obmiserit aliquod peccatũ. Item si velit abstinere a pctõ. Item si velit obedire mandatis ecclesie. Item si habet voluntatem satisfaciendi.

Querenda circa quodlibet pctm̃:

Primo querat quid fecit Confitens: vt sciat an sit mortale / vel veniale. Secundo cui fecit: quia grauius est pcuttere clericũ q̃ laicũ. Tertio vbi fecit: quia deterius esset intra eccl'iam q̃ extra. Quarto quare facit: quia pcuttere malitiose est peius q̃ pcutere a casu. Quito quot vicibus fecit illd̃ pctm̃

quia grauius est bis q̄ semel. Sexto quō peccauit vtrū modo cōsueto: ul' contra naturā. Septimo & vltimo qñ fecit/ qa peius est in die festo q̄ feriali.

De querendis circa decē pcepta legis.

Circa primū querit si credidit in deum/articulos fidei/& sacramenta eccl'ie/ si adhibuit fidē sortilegiis/somniis/auguriis/& incātationibus: si diligit fratrem suū xpianū: & vellet q͛ saluueretur sicut ipse. Circa secundū q̄ritur si piurauerit se/ si iurauerit deū & sctōs sine cā: si mendacia dixerit: si vota fregerit. Circa tertiū si festa seruauerit: si quadragesimā & vigilias ieiunauerit: si tempus ī ludis & in sociis pdiderit. Circa quartū/si parētibus obediuit: si eis in suis necessitatibus subuenit: si Prelatos & maiores honorauit: Circa. v. si homicidiū fecit vel consensit/ si subuenit infirmo in articulo mortis si fecit q͛ mulieres nō cōciperēt: si fecit q͛ mulier fecit abortū. Circa. vi. si detinet mercedē seruoꝝ: si fideliter laborauerit p aliis: si furtū scienter emerit: si perditum notum sibi obtinuerit. Circa. vii. si violauerit mulierē: si in partu vl' puerpio eam cognouit. Circa viii. si aliquē blassemauerit. si de ignotis sibi disposuerit. Circa. ix. si vxorem vicini attraxerit. si maritū p ea vilipenderit. Circa. x. si agros domos aut seruos sui vicini con

cupiuit. De querẽdis circa mortalia pctã.
Circa superbiã qritur si iactet se pter amicos vl pter diuitias: si credidit se habere bõa sua de se ipo. si credidit q sit bonus & iustus. Circa iuidiã si gaudet de malo alterius, si gaudet cũ aliqs vituperatur. si dolet de bñ & vtilitate aliorum. Circa irã si pcusserit aliquẽ. si fecerit vl dixerit alicui iiuriã. si voluisset esse mortuus in ira sua. Circa accidiã/ si vadit ad ecclíam. si penitẽtias iniunctas fecit. si dixit sepe pr nr. Aue Maria. & Credo i deũ. Circa auaritiam/si cupit aliena. si fecit vel pcurauit simoniã. si prestitit ad vsuram. Circa gulam/si contentus sit de victu. si cõmederit multoties in die. si querit cibos nimis delicatos. Circa luxuriam/si cogitat sepe de hoc. si mulierẽ attigit inhoneste. si mulierem pro aliis procurauit.

Que vota sunt tenenda & que nõ.
Votũ est promissio alicui de aliquo bono facta cũ deliberatione. Votũ de re illicita nõ obligat. Votũ in ira factũ nũc nullũ est. Votũ nulli factũ nõ tenetur. Votũ p timorẽ factũ nõ tenetur. Votũ puerorum nõ tenetur/nisi post etatẽ legitimã ratũ & gratũ habeãt. Votũ pegrinatiõis vxoris nõ tenetur sine cõsẽsu mariti. Votũ vxoris factũ de ieiunio nõ valet/nisi sit d licẽtia sui mariti. Votũ

castitatis in matrimonio factū non valet / nisi de consensu ambo℞. Votū factū impediēs cōiugale nō valet:neq̧ tenet in aliquo. Votū serui non liberi de intrādo religionē nō valet:nisi de consensu dñi. Votū peregrinationis vltra mare non impletur sine licētia pape. Votū ieiunii mulieris impregnate nō debet seruari propter periculum. Votum contra bonum publicum est irritum.

Que iuramēta dñt seruari/& que nō.

Iuramentū est affirmatio vel negatio de aliqua sacre rei attestatione.

Ad iuramenta requiruntur tria.

Primo varietas in cōsciētia iurātis/ ꝙ firmū sciat illud quod iurat. Secūdo reqritur iustitia / scilicet ꝙ īter illud qđ ē licitū & hōestū. Tertio reqritur iudiciū.s.ꝙ nō iuret sine magna necessitate. Qui iurat per solē/lunā/ignē/aquā/& per talia peccat. Qui iurat alicui obedire/ intelligitur de licitis & honestis. Qui iurat aliquod pc̄tm nō dēt seruare tale iuramentū. Qui iurat nō facere elemosinam vel nō īdulgere offensam nō valet. Qui iurat de sibi ignotis affirmatiue vel negatiue multū peccat. Qui iurat de aliquo sine aliq̄ magna cā:vel sine necessitate peccat. Qui iurat cōtra bonos mores/vel cōtra rempub. nō tenens iuramentū pec-

cat grauiter/sed debet cōfiteri eo ꝙ sicut iurauit.

Quibus Confessor prohibet recipere corpus xp̄i.

Nullus recipiat corpus xp̄i/nisi prius debite confessus. Nullus recipiat corpus xp̄i/nisi prius fecerit satisfactionē si potest. Nullus recipiat corpus xp̄i nisi prius fecerit penitentiam/aut opus misericordie. Nullus excōicatus: aut interdictus recipere presumat corpus christi. Nullus insensatus vel fatuus/aut indiscretus recipiat corpus xp̄i. Nullus existens scienter in peccato debet recipere corpus xp̄i. Nullus hn̄s vomitū vel tussim seu malum stomachum debet recipere corpus xp̄i. Nullus minus etate duodecim annoꝝ debet recipere corpus xp̄i. Nullus habēs rancorem contra aliquem. Nec aliquis dubitans in fide catholica debet recipere corpus xp̄i. Nullus recipiat corpus xp̄i post comestionē/nisi in articulo mortis. Nota ꝙ qui nō recipit corpus xp̄i semel in anno peccat mortaliter/& hoc nisi de consilio superioris sit/& de licentia sui Confessoris.

Qualiter confessio est facienda.

Qui vult cōfiteri primo debet cogitare ad pct̄ā que facit ad fratrē: ꝙ de oībus cōfiteatur: & nulla dimittatur si pōt memorari. Primo debet eligere

capellanū bñ sapiētē cui cōfiteatur/ & hoc de licē
tia sui curati vel supioris. Secūdo dēt hre verā cō
tritionē cordis & displicētiā de pctis cū ppósito
āplius nō peccādi. Tertio reqritur oris cōfessio
pctā sua ītegre cōfitēdo/seipm increpādo: nullū
aliū si pōt bono mō accusando. Quarto reqritur
opis satisfactio/vl' volūtas satisfaciēdi cū poterit
iniurias p eū factas emendādo: ablata & inuenta
restituēdo: & pniam sibi iniunctā debite & inte
gre adimplendo. De cōfessione in gñali.

Primo volēs cōfiteri dēt suū cōfessorē salutarē de
inde se iuxta eū ad latus suū geniculare: & si ē vir
debet suū caputiū remouere: mulier vero nō/ im
mo debet tenere caputiū suū ante oculos suos dū
confitetur. Item cōfitēs debet dicere Benedicite
& cōfessor debet respōdere. Dñs sit vobiscū. De
inde cōfitens debet facere cōfessionē gñalem di
cendo sic. Confiteor deo oīpotenti: & btē marie
virgini: & oībus sctīs: & vobis pri de oībus pec
catis meis q̄ feci vsq; in hunc diē pñtem: de qbus
oībus peto a deo & a vobis/ qui estis hic locūte
nens iesu xpi misericordiā & indulgentiam.

De confessione in speciali.

Primo cōfiteatur de suis peccatis in speciali. Pri
mo de quinq; sensibus naturalibus sui corporis:

quos male rexit: & p quos sepe peccauit. Primo de sensu Visus p oculos i aspiciedo aliquā mulie rē cū delectatione/vel cū cōcupiscentia indebita aut cū indignatiōe & displicētia. Scdo cōfiteatur de sensu auditus/qui fit per aures/vana & inutilia auscultādo/mala verba & inhonesta de aliis libē tissime audiēdo. Tertio cōfiteatur de sēsu. Odoratus/q fit per nasum res odoriferas odorādo/ sicut rosas/species & similia. Quarto de sensu gustus/ qui fit in lingua/res delectabiles auide gustando comedendo & bibēdo. Quinto de sensu tactus/ q fit in oībus partibus corpis/ maxime cū manibus mēbra mea illicite tāgendo: viros aut mulieres amplectendo vel indebite osculādo. Deinde cōfiteatur de cogitatiōe imaginatiōe q̄ fit in cerebro aut in corde cogitādo & imaginādo cogitatiōes multas malas & puersas. Deinde cōfiteatur de ore p quod peccauit loquēdo sepe contra deū iurādo/& male gratiādo ipm/ proximos & alios male diffamādo Deinde cōfiteat de pedibus suis quibus iuit ad loca inhonesta & prohibita/ sicut lupanaria in tabernas & torneamenta.

De septem peccatis mortalibus.

Postea cōfiteatur de septem peccatis mortalibus siue criminalibus/ & de radicibus ipoꝝ. De sup-

bia/& de radicibus suis. Primo voluit superare maiores/& despicere equales: & inferiores. Item fuit arrogãs/dicẽs se habere multas diuitias quas nõ habuit. Itẽ fuit cõtentiosus impugnando veritatẽ per magnũ clamorẽ. Itẽ noluit esse obediẽs neq; suo cõfessori/neq; mãdatis eccl'ie. Item fuit p̄sumptuosus credere plus scire vel valere q̄ sciat vel valeat. Itẽ fecit bona in publico ꝑpter laudẽ. Item fuit ingratus nolẽs reddere gratias deo de beneficiis per eũ acceptis. Item iactauit se habere multa bona & multos magnos amicos.

De auaritia seu cupiditate.

Primo fuit nimis cupidus ad bona & honores huius mundi. Itẽ custodiuit diuitias suas curiose. Item expendit bona nimis parce. Item si fuerit simoniacus vẽdẽdo vel emendo sp̃ualia. Item de vsura/si prestitit ad vsurã pecuniã: vel bladum videlicet/recipiat lucrũ vel seruitiũ. Item si furatus fuerit aliquid. Si detinet aliena violenter.

De luxuria & pollutione.

Primo delectatur ĩ opere carnali mẽte vel facto & sine ratione. Item si cognouit carnaliter alienã mulierem/vel suã cõsanguineam. Item de pollutione facta de die vel de nocte vigilãdo vel dormiẽdo. Item si cognouit ꝑpriam vxorẽ in puer-

perio/aut in vigiliis/aut in ieiuniis/vel diebus so lēnibus/vel qñ erat infirma corpore. Itē si contra naturā Masculus cū masculo/ vel cum bestia/aut mulier cum muliere/vel loco non ordinato.

De ira seu rancore.

Primo quia voluit habere vindictā de iniuriis si bi factis vel dictis. Itē nō voluit indulgere amo re dei/nec expectare vindictā dñi. Item si tenuit rancorē contra aliquem. Itē non tenuit patientiā in aduersis/nec voluit refrenare animū suū: Item voluit malū: quod cōplere non potuit/sicut furtū aut homicidiū. Item predilexit quādoq: iudeus fuisse q̄ xp̄ianus/& mortuus q̄ viuus:

De gulositate.

Primo comedit & bibit vltra necessitatem. Item comedit vel bibit nimis auare. Item comedit vel bibit āte horā. Itē pauit cibaria care & superflue. Item non abstinuit cibo vel potu vt caret paupe ribus & egenis. Itē tenuit mēsam nimis longe.

De inuidia seu maliuolentia.

Primo qa habuit gaudiū de dāno aliorꝝ & doluit de bono ipsorꝝ. Item plures blasfemauit iniuste. Itē mouit discordiā sepe īter amicos & ꝓximos: Itē tacuit bonū aliorꝝ/nec voluit audire & refer re laudē bonorꝝ. De accidia seu pigritia.

Primo fuit piger mane surgere ire ad eccl'iam & missam audire. Itē fuit piger fragmēta colligere & ipsa pauperibus dare. Itē maluit occisus esse q̄ deū laudare: aut bonū opus facere. Itē negligens fuit: bona terra colligere: & ipa debite seruar̄. Itē nō fecit diligētiā de īuitādo alios ad bonū opus faciendū. Item negligēs fuit se tenere honeste.

De decem p̄ceptis legis.

Primo nō credidit firmiter in deū: nec amauit eū sup̱ oīa: vel dilexit nimis vxorē suā: filios/ aut filias. De secūdo iurauit deū & sanctos sine necessitate: & q̄ iurauit scienter. De tertio non seruauit mādata nec festa: nec abstinuit se a pc̄tō. De. iiii. non honorauit parētes naturales vel spirituales: nec sanctā matrē eccl'iam. De q̄nto si peccauit occidēdo vel nō iuuādo morietes fame vel frigore. De sexto rapuit bona aliena: aut consensit/ nec restituit inuēta. De septimo peccauit cognoscendo vel desiderādo mulierē alienam. De octauo dixit testimoniū falsum & mēdaciū: & plures diffamauit. Nono/ cognouit vel cōcupiuit vxorē p̱ximi. seu eā subornauit. Decimo & vltimo/ concupiuit vel rapuit bona sui vicini aut ea non custodiuit.

De duodecim articulis fidei.

Primo non bene credidit in deum patrem: sed

credidit sortilegiis/sõniis/auguriis/ & inuocatiõi-
bus demonũ. De.ii.nõ bene credidit in filiũ dei
scilicet in dñm nrm iesum xpm. De.iii.ꝙ sit con
ceptus de spũ sancto: & natus ex Maria virgine.
De.iiii.ꝙ fuit crucifixus mortuus/& in sctõ sepul
chro positus. De.v.ꝙ tertia die resurrexit a mor-
tuis in carne & ossibus suis. De.vi.ꝙ ascendit ad
celos: sedet ad dexteram dei patris. De.vii.ꝙ ipe
iudicabit oẽs: & reddet vnicuiqꝫ iuxta opa sua.
De.viii.nõ bene credit in tertiã psonã trinitatis.
.s.spiritũsanctũ. De ix.nõ bene credidit in sctãm
ecclíam: & facta & ordinata per eam. De.x.non
bene credidit in sacramẽtũ altaris: & ꝙ digne su-
mẽs saluabitur. De.xi.nõ credidit generalẽ resur
rectionẽ futurã in corpe & aĩa. De.xii.nõ credi-
dit ꝙ paradisus sit vita eterna & gloria beatoꝝ.
De.vii.opibus misericordie tẽporalibus.
De primo nõ dedit panẽ esuriẽtibus: nec cibum
& debite custoditũ. De.ii.nõ dedit bibere sitiẽti.
bus saltẽ aquã mũdã & recentẽ. De.iii. nõ visita
uit infirmos: nec dignatus est eos inspicere. De
iiii.non vestiuit nudos: nec cooperuit eis mẽbra
pudibũda. De.v. nõ hospitauit pauperes amore
dei: aut pro sua pecunia. De.vi.nõ redemit incar
ceratos: nec voluit intercedere proipsis. De.vii.

nō ſcepeliuit mortuos/nec procurauit ſepeliri.

De ſeptem opibus miſericordie ſpūalibus:
Primo nō dedit conſiliū petētibus/vel dedit ma- lū cōſilium & ꝑuerſum. De ſecūdo nō docuit fi- dem ignorātes. De tertio/noluit dirigere deuian tes. De quarto/non dedit conſilium carentibus. De quinto/nō plāxit dolores pauperꝝ. De ſexto/ nō orauit pro peregrinātibus/nec etiā pro labo- rantibus. De ſeptimo/non effudit preces/nec de- dit elemoſinas pro fidelibus defunctis.

De ſeptem ſacramentis eccleſie.

De baptiſmo/nō credidit ꝙ ꝑ eū pena relaxetur & culpa remittatᷣ. De cōfirmatione quā fecit Eṕs De ſacris ordinibus inſtitutis De ſacrificio miſſe ſeu hoſtie. De mr̄imonio qđ deus inſtituit: De ſa cra pnīa & cōfeſſione. De extrema vnctiōe qui- bus nō adhibuit fidem rectā: nec recepit: nec ho- norauit vt debuiſſet. Item de cōfeſſione non de- bite facta. Item de penitentiis non debite cōple tis. Item de participando cum excomunicatis.

¶ Tractatus de abſolutionibus.

Queritur quis pōt abſoluere? Rn̄detur ꝙ Deus principaliter: nā ſolus deus peccata remittit. Se- cundo dn̄s papa: vel ſuus Penitētiarius poteſt ab ſoluere penitentem vel confitentem. Tertio Eṕs

ſuũ dioceſanũ abſoluere poteſt/& nõ aliũ. Quarto curatus abſoluere põt ſuũ verũ parrochianũ. Quinto quilibet Pbr̃ de licentia curati proprii: vel ſuperioris. Sexto religioſi priuilegiati: ſicuti mendicantes: aut alii. Septimo de caſibus papalibus & reſeruatis ſolus Papa vel ſui Penitentiarii Octauo de caſibus Ep̃alibus Epiſcopus abſoluit ſuũ dioceſanũ aut ſui Vicarii/vel Penitentiarii. Nono omnis pbr̃ poteſt abſoluere penitentem. in articulo mortis ab oĩbus pc̃tĩs quibuſcunq;. Decimus Laicus põt abſoluere penitentẽ in articulo mortis/cum non poſſit haberi Sacerdos.

Qui non debent abſoluere/& cuius abſolutio non valet.

Primo Confitens/ qui dicit ſe non velle aut non poſſe penitere. Secũdo nõ volens indulgere nec volẽs rancorem dimittere. Tertio nolens reddere inuenta cum ſcias quis ea perdiderit. Quarto nolens reſtituere furta ſiue dãna per eũ facta. Quinto nolẽs ſoluere debita ſua/cum hoc bene poſſet & habeat vnde. Sexto adultus/in quo non apparẽt aliqua ſigna cõtritionis. Septimo cõfitẽs alteri q̃ ſuo curato ſine licẽtia eius vel ſuperioris Octauo excõicatus a Canone vel a iudice p ſententiã latam. Nono qñ pc̃m̃ eſt reſeruatum con

fitẽs debet mitti ad ſuꝑiorem. Decimo/obſtinati in aliquo pc̃tõ ſicut philardi/meretrix/aut vſurarii:tñ ſi inſtãter reqrũt pñt abſolui. & pnĩa iniũgi .ſ. ꝙ hmõi pc̃tã relinquãt:ac furta inuenta/ & debita reddãt. Et confeſſor debet eis dicere ꝙ talis abſolutio modicum valet:aut quaſi nihil.

Caſus multum vtiles circa confeſſionem.
Dubitatur vtrũ mutus/aut ſurdus/ſeu bleſus poſſit abſolui ꝑ ſigna vel ſcripta tradendo cõfeſſori & ſic poſſunt abſolui. Dubitatur ſi aduẽa cõfiteãt in ſuo ideomãte:ſi debeat abſolui. Reſpondetur ꝙ cõfeſſor debet eũ abſolueꝛ:licet nõ intelligat. Dubitatur ſi infirmus cõfiteatur de aliquo peccato reſeruato/vtrũ debeat abſolui. Reſpõdetur ꝙ ſic:iniũgendo ei ꝙ ſi cõualeſcat dño concedente faciat ſe abſolui per ſuperiorẽ. Dubitatur ſi excõicatus ſanus excõicatione maiori poſſit abſolui per ſimplicem Pbr̃m de peccatis ſuis. Reſpondetur ꝙ debet prius abſolui ab excõicatione/ & poſtea abſoluetur de pecatis ſuis. Dubitatur vtꝝ cõfitẽs de caſu reſeruato poſſit abſolui abillo peccato per ſimplicẽ Capellanũ. Rñdetur ꝙ ſi eſt remotus a Cu. Ro. poteſt abſolui: & precipere ei ꝙ faciat ſe abſolui per ſuperiorem cũ poterit.

FINIS.